



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De eadem re. xiiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**



Ex dictis  
eiusdem.

**B**eatus Isidorus de consanguinitate sic loquitur. Censet series septem gradibus dirimitur, hoc modo: Filius filia, quod est frater & soror, sit ipse truncus. Illis seorsim seiunctis, ex radice illius trunci egrediuntur isti ramusculi, nepos & neptis, primus: pronepos & proneptis, secundus: abnepos & abneptis, tertius: adnepos & adneptis, quartus: trinepos & trineptis, quintus: & trinepotis nepos & trinepotis neptis, sextus. Hæc consanguinitas, dum se per latum in propaginū ordinibus dirimens, vsque ad ultimum gradum sese subtraxerit, & propinquitas esse desierit, primum lex in matrimonii vinculum recipietur, & quod modo reuocabit fugientem. Ideo autem vsque ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, vt sicut sex ætatibus mundi generatio, & hominis status finitur, ita propinquitas generis, tot gradibus terminetur.

Quod consanguinitas vsque ad septimum generis gradum conseruari debeat. Cap. XI.

Ex epist.  
Greg. pa-  
pa, episco-  
pis Gal-  
lia missa.

**P**rogeniem suam vnumquæque ad septimam obliuiscere decernimus generationem, & quædiu se agnoscunt affinitate propinquos, ad coniugalem copulam accedere denegamus. Quod si fecerint, separentur.

De eadem re. Cap. XII.

Ex cõcil.  
apud the-  
odonis vil-  
lam habi-  
to. ca. 8.

**N**ullus fidelium vsque ad affinitatis lineam, id est, que in septimam progeniem, consanguineam suam ducit vxorem, vel eam quoquo modo incesti macula polluat. Si quis verò hoc temerè præsumperit, vt incestum luxuriose publice, iuxta canonicos gradus pœniteat.

De eadem re. Cap. XIII.

Ex cõcil.  
Lugdun.  
cap. 10.

**N**ulli ex propinquitate sui sanguinis vsque ad septimum gradum vxores ducant, neque sine benedictione sacerdotis. Qui ante inuupti erant, à sacerdote benedictionem accipere audeant.

Ex cõcil.  
Aurelia.  
cap. 10.

**N**ullum in vtroque sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis, vel vxoris, vsque in septimi generis



um uxorem ducere, vel incesti macula commaculati.

De eadem re. Cap. XV.

**I**N septem gradibus omnia propinquitatū nomina cō- *Ex cōcil.*  
tinentur, vltra quos nec affinitas inuenitur, nec succes- *Agrip-*  
sio potest amplius prærogari. *pin. ca. 6.*

De eadem re. Cap. XVI.

**D**E affinitate nanque sanguinis per gradus cognatio- *Ex cōcil.*  
nis, placuit vsque ad septimam generationem obser- *Meldesi,*  
uare: nam & hæreditas rerū per legales definitiones san- *cap. 7.*  
cit vsque ad septimum gradum prætere haredū suc-  
cessionem: nō enim succederent, nisi eis de propagine co-  
gnationis deberetur.

*Vi duobus vel tribus testibus testimonium dicentibus  
consanguinei separentur. Cap. XVII.*

**V**T omnis controuersia, quæ de ecclesiasticis rebus sit, *Ex cōcil.*  
secundum diuinam legem sub duobus, vel tribus te- *Hilerdēsi*  
stibus terminetur. Testis est dominus, quum dixit: Non *cap. 20.*  
vnus stet contra alium, sed in ore duorū, vel trium testium,  
stet omne verbum.

De eadem re. Cap. XVIII.

**C**ontradicimus quoq; vt in quarta, vel quinta, sexta- *Ex cōcil.*  
que generatione, nullus amplius cōiugio copuletur. *Cabillon.*  
Vbi autem post interdictum factum fuerit inuentum, se- *cap. 5.*  
paretur.

*Quid sanctus Gregorius Augustino Anglorum  
predicatori propter teneritatem nouæ fi-  
dei permisit. Cap. XIX.*

**G**regorius papa requisitus ab Augustino Anglorum *Ex epist.*  
gentis episcopo, quomodo generatione fideles debeant *Ioannis*  
copulari, dispensatoriē sic rescribit. Quædam lex in Ro- *Constāti-*  
mana republica permittit, vt siue frater & soror, seu duo- *nop. epi-*  
rum fratrum Germanorum, vel duarum sororum filius & *scopi ad*  
filia misceantur: sicut experimento didicimus, ex tali cō- *Felicē ep̄*  
iugio sobolem non posse succrescere. Vnde necesse est, vt *scopū St-*  
tam quarta, vel quinta generatio fidelium, licenter sibi *alie.*  
iungantur.